

*Th. Theodericus occiditur
ab eodem.*

in marg.: galaxia

devenit

ut/ alio

q/ hinc .c.

+ f. ccxlv.

Bene compesit, ut annis multis ^{me} ~~negotio~~
habeat, quia ex falso consilio tuo occidi do-
minum meum. Attamen non recedam
abhinc, nisi prius penitentiam agam et
peccatis meis et vindicabo dominum meum.
Exiitque Dringus eodem gladio, quo inter-
fecit dominum suum, etiam interfecit
Th. Theodericum regem, ponens Theodericum
Trimifridum super ventrem Theoderici,
dicens: Trimifride domine mi, modo quod
Theoder.
Theodericum vivens vincere non potuisti
vixisti eum tamen mortuum. Et accipiens
gladium in manus suas abibat hinc inde.
Bene potest fides adhiberi. Etiam mirari
potest de galaxia, via illa alba, a quo ~~devenit~~
devenit, et quare vocatur via Dringi usque in
hodiernum diem.

Item alio modo.

Invenitur enim in chronicis Francorum ac
hystoris. Postquam Trimifridus venisset ad Theo-
dericum ^{at} ~~et~~ cum conductis ad castrum quoddam
conserunt insimul super murum, conferendo
multa, Trimifridus precipitatur de muro,
pueros etiam eiusdem Theoderici occidi fece-
rat. Post hanc vero historiam Saxones ad Theo-
dericum venientes ipsi bene susceperunt
ab eo et in multis collaudans eos. Dedit illis
Terras Thuringorum hereditario iure et vocati
sunt amici Francorum ac consodales. Unde
Saxones cum leticia et tranquillitate ^{mag} ~~mag~~
recedentes a Theoderico habitabant in terra illa
quam nuper invaserant ac devastaverant.
et ibi habitare inceperunt dividentes eam inter,
et ^{quasi} ~~quasi~~ propter interitum suorum morum
non potuerunt totam Terram illam